



**Lvdovici Molinæ, E Societate Iesv Theologiæ Doctoris, &
Professoris, Commentaria, In primam D. Thomæ partem**

Molina, Luis de

Lugduni, 1622

Articvlvs II. Vtrum Angeli poßint immutare voluntatem hominis. artic. 2.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-73915](#)

esse, iuxta ea quæ quæstione quinquagesimæ sexta, articulo secundo dicta sunt, & quæ communiter à Doctoribus Scholasticis asseruntur, præserit in 2. distinctione 8.

ARTICVLVS II.

Vtrum Angeli possint immutare voluntatem hominis.

*Angeli quo
modo moue-
re possint hu-
manam vo-
luntatem.*

V **A** circa modum, quo vnuſ Angelus mouere, aut non mouere potest voluntatem alterius quæſtione 106. articulo ſecundo dicta ſunt, intelligi etiam debent circa modum, quo Angelus mouere potest hominiſ voluntatem in modum ſuadentis, ac proponentis amabile, aut odibile obiectum, potest Angelus mouere voluntatem hominiſ, vel propo- nendo illi exterius obiecta, vel excitando in viribus ſentientiis internis imaginariae viſiones ac cogitationes, modo articulo praecedente explicato, & explicando adhuc duobus ſequentibus articulis. Potest etiam mouere hominiſ voluntatem excitando paſſiones in parte ſenſitua, que in organo reſideret corporeo: harum quippe apprehenſio vehementer allicitur, & inclinatur voluntas, non tam illi imponitur neceſſitas. Quod fit, vt Angelus nulla ratione poſſit inferre neceſſitatem humanae voluntati. Modum quo appetitus ſenſitius moueat per paſſiones humanae voluntatem, explicauimus 1.2. quæſt. 9. artic. 2.

ARTICVLVS III.

Virum Angelus posit immutare imaginationem hominis.



*Angelus im-
nittere non
potest specie-
in hominis
imaginatio-
ne.*

CO^M M V N I consensu Doctores affirmant non posse ab Angelo immutari homini imaginationem imprimendo ei de nouo species; ut Diuus Thomas hoc loco in responsive ad secundum affirmat. Vnde efficere nequit, ut homo natus cecus imaginationem habeat coloris. Post nihilomni multis aliis modis versare imaginationem ad varias cognitiones medianteibus speciebus, quas imaginatio in se habet.

*Angelus quo
pacto valeat
hominis cogi-
tationem ad
multa eaque
miranda ex-
citare.*

In primis, quod melior est dispositio ex parte organi, & plures, ac priores sunt spiritus sensitivi, proportionati tamen ad cognoscendum, et dilucidior & melior producunt cognitionem sensus interni, & per consequens eriam intellectus. Vnde ex meliore complexione organorum, quibus insunt interni sensus intellectui seruientes, & magis accommodata ad cognoscendum, prouenit, ut virus ingeniosior sit, magisque polleat iudicium, quam aliud. Quod eriam idem homo vno tempore habet eiusmodi organa minus impedita humoribus crassis, quam alio, & referta pluribus & prioribus spiritibus sensitivi ad cognoscendum accommodatis, et melius per sensus & intellectum agnoscat vno tempore, quam alio: quare cum Angelus posset, humoribus crassis expulsi, organa purgare, vel per motum localem ea immediatè expellendo, vel applicando actiua passiuas, eo modo quo pharmacis extracti solent, purgarique cibut soler-

A possit præterea per motum localem sensitivos spiritus attrahere ad organa, & applicando activa sanguinè inque defecando, efficiere, ut plures generentur, & quicunque euehore potest potentias ad multa intelligenda, quaæ alioquin non possent intelligere.

Deinde cum aptare possit organum memoriae sensituæ, ut facilius ac melius species rerum retineat, idque vel extrahendo per motum localem qua id impediunt, vel applicando actiuæ, quibus illa expellantur & inducantur, quæ ad id conducent, sicut efficere poterit, ut homo memoria facili præstet.

Præterea ex vario motu spirituum ac humorum in organo sensus interni, ex varia affectione corporis, variisque motu spirituum, humorum, & sanguinis in irascibili & concupiscibili, quibus passiones excitantur, evenit, ut homo, modò de hac re, modò de illa incipiatur cogitare, & ut vehementius, aut minus vehementer cogitationem ad hoc, vel illud applicet, pluque aut minus in ea cogitatione persit. Quare hac ratione, commouendo spiritus & humores organum, tam sensum internorum, quam irascibilis & concupiscibilis, commouendō que alias partes corporis, poterit excitare varias cogitationes, luxurias, vindictas, quaritatis, rerum letarum, tristium, piaiarum, &c. non quidem immittendo de nouo speciem in sensum internum, aut cogitationem ipsam vñā cum sensu efficiendo, sed modis explicatis, efficiendo, ut potentia nunc concurrat cum specie huius obiecti, vehementiusque, aut minus vehementer ad id commouetur, nunc vero cum specie alterius obiecti.

Cum verò ad cognitionem necessaria sit aduentitia potentiae, quemadmodum nimia occupatio & distractio in aliis cogitandis impedit inspiratio-

D ec distractio in ans cogitandis impedit inspiratio-
nes & immissons, quas bonus Angelus in cogita-
tiuam effundit, sic quoque studiu & applicatio ad
pia cogitanda impedit, ne Angelus malus cogitationes
peccatis immittat. **V**bi Diutus Bonaventura in
secunda distinctione octaua, secunda parte, distin-
ctione quaestione quarta, & Gabriel eadem distin-
ctione, quaestione secunda recte affirmant, vniuer-
simque, qui otiosi sunt, tentationibus sunt expositi,
facileque patiuntur cogitationes peccatis ab An-
gelo malo immisias, quas non tam facile in se senti-
unt, qui vel literarum studiu, vel aliis honestis oc-
cupationibus detinentur. **Vnde** Hieronymus ad
Paulinum, semper aliquid operis facito, ut te diabolus
inueniat occupatum, non enim facile capitur a diabolo,
qui hinc vacat exercitio.

qui bono viacat exercitio.
Demum, quemadmodum homo; pro suo arbitratu, ex speciebus rerum, quas videt per imaginationem confagit notitias rerum, quas non videt, vt montis auri, ex speciebus auri & montis, & interdum id prouenit ex varia commotione, aut dispositione in organo, aut affectione corporis, vt constat, quia interdum ea similius, quæ numquam vidimus, nunc tristitia, nunc lata iuxta dispositionem, commotionem, aut affectionem corporis: sic etiam Angelus efficiendo in corpore similem dispositionem, ac affectionem, aut longè dissimilem, quam nouerit ad id esse magis aptam, efficere in nobis poterit cogitationes rerum, quas numquam vidi-
mus. Præterea sicut ex commissione humorum, vt ex abundancia sanguinis permisisti bilioſis & melan- cholicis humoribus in caput ascendentibus, fiant sepe variae apparitiones in imaginatione mediatis speciebus, vel obiectorum praesentium, vel que-

Damones
qua ratione
ossint va-
rias tenta-
tiones com-
mouere.

Tentationes
lemonium
no pacto
impediātur.

*Angeli mali
qua ratione
varias appa-
ritiones in
sensibus in-
ternis effi-
cient*